BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 240v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



constituant. Ante colles ego parturiebar.
Adhuc terram non fecerat et flumina.
et cardines orbis terre. Cum preparabat
celos aderam. cum certa lege et giro ual
labat abyssos. cum ethera firmabat
sursum. et librabat fontes aquarum.
Cum circumdabat mari terminum suum.
et legem ponebat aquis. ne transirent
fines suos. Cum appendebat funda
menta terre. cum eo eram cuncta compo
nens. Et delectabar per singulos dies.
ludens coram eo omni tempore. ludens
in orbe terrarum. et delitie mee cum filiis
hominum. Nunc igitur filii audite me.
Beati qui custodiunt vias meas.
Audite disciplinam. et estote sapien
tes. et nolite abicere eam. Beatus ho
mo qui audit me. et qui vigilat ad
fores meas cottidie. et obseruat ad pos
tes ostii mei. Qui me inuenerit. inue
niet vitam. et hauriet salutem a domino.
Qui autem in me peccauerit. ledet animam
suam. Omnes qui me oderunt. dili
gunt mortem. IX.

Sapientia edificauit sibi domum.
excidit columpnas septem.
immolauit victimas suas.
miscuit vinum. et proposuit mensam
suam. Misit ancillas suas ut vo
carent ad arcem. et ad menia ciuita
tis. Si quis est paruulus veniat ad me.
et insipientibus locuta est. Venite
comedite panem meum. et bibite
vinum quod miscui vobis. Relinquite
infantiam. viuite et ambulate per
vias prudentie. Qui erudit derisor
em. ipse sibi iniuriam facit. et qui
arguit impium generat maculam sibi.
Noli arguere derisorem. ne oderit te.
argue sapientem. et diliget te. Da
sapienti occasionem. et addetur ei sa
pientia. doce iustum. et festinabit ac
cipere. Principium sapientie timor domini. et
scientia sanctorum prudentia. Per me enim mul
tiplicabuntur dies tui. et adtlent

tibi anni vite. Si sapiens fueris. tibi
metipsi eris. si autem illusor. solus por
tabis malum. Mulier stulta et cla
mosa. plenaque illecebris. et nichil
omnino sciens. sedet in foribus domus su
e super sellam in excelso urbis loco. ut
vocaret transeuntes per viam et pergen
tes in itinere suo. Quis est paruulus
declinet ad me. et vecordi locuta est.
Aque furtiue dulciores sunt. et pa
nis absconditus suauior. Et igno
rauit quod gigantes ibi sint. et in profun
dis inferni conuiue eius. Qui enim
aplicabitur illi. descendet ad inferos.
Nam qui abscesserit ab ea. saluabitur.

Parabole salomonis. X.

Filii dauid regis israel. filius
sapiens letificat patrem. filius
vero stultus mestitia est matris sue.
Non proderunt thesauri impietatis.
iusticia vero liberabit a morte. Non af
fligit dominus animam iusti fame.
et insidias impiorum subuertet. Egesta
tem operata est manus remissa. ma
nus autem fortium diuitias pa
rat. Qui autem innitur mendatiis. hic
pascit ventos. idem sequitur aues volan
tes. Qui congregat in messe. filius sa
piens est. qui autem stertit estate.
filius est confusionis. Benedictio domi
ni super caput iusti. os autem impiorum
operit iniquitatem. Memoria iusti
cum laudibus. et nomen impiorum pu
trescet. Sapiens corde precepta suscipi
et. stultus cedit labiis. Qui am
bulat simpliciter. ambulat confidenter.
qui autem deprauat vias suas. ma
nifestus erit. Qui annuit oculo da
bit dolorem. stultus labiis verberabit.
Vena vite os iusti. et os impiorum operit
iniquitatem. Odium suscitat rixas.
et universa delicta operit caritas. In la
biis sapientis inuenietur sapienti
a. et virga in dorso eius qui indiget
corde. Sapientes abscondunt scientiam.